Quelle: https://manuscripta.at/?ID=38279
Copyright: Salzburg, Erzabtei St. Peter, Benediktinerstift, Bibliothek

iustificatus ē habet gloriam sed non ad dm ; ad dm autem habet gloriam ;

Non ergo ex operibus iustificatus ē ; si ergo non ex operibus iustificatus
abrcham unde iustificatus est sequitur et dicitur de quidem scriptura
dicit idest ad dicit scriptura iustificatum abrcham ; credidit autem abrcha
dō et reputatum ē illi ad iustitiam ; ergo ex fide iustificatus est abrcham ;

Iam quia dicit non ex operibus sed ex fide observa illam uoraginem de qua
locutus sum ; Unde ergo quia non ex operibus sed ex fide iustificatus ē
abrcham ; faciamus ergo quicquid uolo ; quia et si bona opera non habuero
et tantum credidero in dm deputatur mihi ad iustitiam ; si dixit et decreuit
lapsus demersus est ; si adhuc cogitat et fluctuat periclitatur ; scriptura
autem diuersum intellectum non solum periclitantem a periculo liberat
sed et demersum a profundo eleuat ; respondeo ergo tamquam contra
apostolum et dico de ipso abrcham quod inuenimus et iam in epistola alterius
apostoli qui uolebat corrigere homines ; qui male intellexerunt istum
apostolum ; iacobus enim in epistola sua contra eos qui uolebant bene
operari de sola fide praesumentes ; ipsius abrcha opera commendauit
cuius paulus fidem ; et non sunt sibi aduersi apostoli ; dicit autem opus
omnibus abrcha filium suum immolandum dō obaudit magnum opus
sed ex fide laudo super aedificationem operis ; sed in deo fidei fundamentum ;
laudo fructum boni operis ; sed in fide agnosco radicem ; si autem hoc
praeter fidem rectam facere et abrcham nihil illi prodesset et qualecumque
ille opus esset et ; rursum si ita tener et fidem abrcham ut cum eidem impe
ret et offerre sibi immolando filium suum dicere et ; apud semetipsum non
facio et tamen credo quia me etiam contemnentem iussa sua libenter ad
fides sine opere mortua esset et ; et tamquam mulier sine fructu fere lisarq;
arida remanere et ; quid ergo debemus nulla opera praeponere fidei ideo
ut ante fidem quisque dicatur bene operatus ex ipsa enim opera quae
dicuntur ante fidem quamuis uideantur hominibus ; expl

Incipit tractatus secundus sermo de psalmo · xxxii ·

Et in annuntiando et in audiendo uerbo ueritatis labor ē ; quem labo
rem fratres aequo animo tolerauimus ; si sententiae dominicae et conditionis
nostre meminerimus ; ab ipso enim nr̄i generis exordio audiuit homo non
abhominis fallaci ; nec diabulo seductore ; sed ab ipsa ueritate ex ore dei ;
In sudore uultus tui edes panem tuum ; pro mde si panis noster est uerbum dei ;